

Árabum et Saba dona addúcent: et adorábunt eum omnes reges terrae: omnes gentes sérvient ei.

Arabi e di Saba gli porteranno regali: e l'adoreranno tutti i re della terra: e tutte le genti gli saranno soggette.

SECRÉTA

Ecclésiæ tuæ, quaesumus, Dómine, dona propítius intuere: quibus non iam áurum, thus, et myrrha profértur: sed quod eisdem munéribus declarátur, immolátur, et súmitur, Iesus Christus Fílius tuus Dóminus noster. Qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Guarda benigno, o Signore, Te ne preghiamo, alle offerte della tua Chiesa, con le quali non si offre piú oro, incenso e mirra, bensí Colui stesso che, mediante le medesime, è rappresentato, offerto e ricevuto: Gesù Cristo tuo Figlio e nostro Signore. Che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. - Amen.

M. Amen.

PREFAZIO E COMMUNICANTES DELL'EPIFANIA

COMMÚNIO

Matt. 2, 2 - Vídimus stellam eius in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Matteo 2, 2 - Vedemmo la sua stella in Oriente, e venimmo con doni ad adorare il Signore.

POSTCOMMÚNIO

Praesta, quaesumus, omnípotens Deus: ut quae solénni celebrámus offício, purificátae mentis intelligéntia consequámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Concedici, Te ne preghiamo, o Dio onnipotente, che i misteri oggi solennemente celebrati, li comprendiamo con l'intelligenza di uno spirito purificato. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. - Amen.

M. Amen.

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

C. P. 3218, UDR Marsigli, 22, Torino

tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108

Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2006 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

Epifania di Nostro Signore

INTRÓITUS

Mal. 3, 1; I Par. 29, 12 - Ecce advénit Dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium. Ps. 71, 1 - Deus, iudícium tuum regi da, et iustítiam tuam filio regis.

Mal. 3, 1; I Cr. 29, 12 - Ecco, giunge il sovrano Signore: e ha nelle sue mani il regno, la potestà e l'impero. Sal. 71, 1 - O Dio, concedi al re il tuo giudizio, e la tua giustizia al figlio del re.

Glória Patri...

Gloria al Padre...

Mal. 3, 1; I Par. 29, 12 - Ecce advénit Dominátor Dóminus...

Mal. 3, 1; I Cr. 29, 12 - Ecco, giunge il sovrano Signore...

ORÁTIO

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti: concéde propítius, ut, qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

O Dio, che oggi rivelasti alle genti il tuo Unigenito con la guida di una stella, concedi benigno che, dopo averti conosciuto mediante la fede, possiamo giungere a contemplare lo splendore della tua maestà. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

M. - Amen.

M. - Amen.

EPISTOLA

Léctio **Isaíæ** Prophétae, 60, 1-6
Surge, illumináre, Ierúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebrae opérient terram, et calígo pópulos:

Lettura del Profeta **Isaia**, 60, 1-6
Sorgi, o Gerusalemme, sii raggiante: poiché la tua luce è venuta, e la gloria del Signore è spuntata sopra di te. Mentre le tenebre si estendono sulla

super te áutem oriétur Dóminus, et glória eius in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longe vénient, et fíliae tuae de látere surgent. Tunc vidébis, et áffluēs, mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te, dromedárii Mádian et Epha: omnes de Saba vénient, áurum et thus deferéntes et láudem Dómino annuntiántes.

M. - Deo grátias.

terra e le ombre sui popoli: ecco che su di te spunta l'aurora del Signore e in te si manifesta la sua gloria. Alla tua luce cammineranno le genti, e i re alla luce della tua aurora. Leva gli occhi e guarda intorno a te: tutti costoro si sono riuniti per venire a te: da lontano verranno i tuoi figli, e le tue figlie sorgeranno da ogni lato. Quando vedrai ciò sarai raggiante, il tuo cuore si dilaterà e si commuoverà: perché verso di te affluiranno i tesori del mare e a te verranno i beni dei popoli. Sarai inondata da una moltitudine di cammelli, dai dromedarii di Madian e di Efa: verranno tutti i Sabei portando oro e incenso, e celebreranno le lodi del Signore.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Is. 60, 6 et 1 - Omnes de Saba vénient, áurum et thus deferéntes et láudem Dómino annuntiántes. Surge, et illumináre, Ierúsalem: quia glória Dómini super te orta est.

Isaia 60, 6 e 1 - Verranno tutti i Sabei portando oro e incenso, e celebreranno le lodi del Signore. Sorgi, o Gerusalemme, e sii raggian- te: poiché la gloria del Signore è spuntata sopra di te.

ALLELÚIA

Allelúia, allelúia.

Matth. 2, 2 - Vídimus stella eius in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum. Allelúia.

Allelúia, allelúia.

Matteo 2, 2 - Vedemmo la sua stella in Oriente, e venimmo con doni per adorare il Signore. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Matthaéum*, 2, 1-12

Cum natus esset Iésus in Bétlehem Iuda, in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriénte venérunt

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Matteo*, 2, 1-12

Nato Gesù, in Betlemme di Giuda, al tempo del re Erode, ecco arrivare dei Magi dall'Oriente, dicendo: Dov'è

Ierosólymam, dicéntes: Ubi est qui natus est rex Iudaeórum? Vídimus enim stellam eius in Oriénte, et vénimus adoráre eum. Áudiens áutem Heródes rex, turbátus est, et omnis Ierosólyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdotum, et scribas pópuli, sciscitabátur ab eis, ubi Christus nascerétur. At illi dixérunt ei: In Bétlehem Iudae: Sic enim scriptum est per Prophétam: Et tu, Bétlehem terra Iuda, nequáquam mínima es in princípibus Iuda: ex te enim éxiet dux, qui regat pópulum meum Israël. Tunc Heródes, clam vocátis Magis, diligénter dídicit ab eis tempus stellae, quae appáruit eis: et mítens illos in Bétlehem, dixit: Ite, et interrogáte diligénter de púero: et cum invenéritis, renuntiáte mihi, ut et ego véniens adórem eum. Qui cum audíssent regem, abiérunt. Et ecce stella, quam víderant in Oriénte, antecédébat eos, usque dum véniens, staret supra, ubi erat puer. Vidéntes áutem stellam, gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrántes domum, invenérunt púerum cum Maria matre eius (*hic genufléctitur*) et procidéntes adoravérunt eum. Et apértis thesáuris suis obtulérunt ei múnera, áurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis, ne redírent ad Heródem per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

M. - Laus tibi Christe.

nato il Re dei Giudei? Abbiamo visto la sua stella in Oriente e siamo venuti per adorarlo. Sentite tali cose, il re Erode si turbò, e con lui tutta Gerusalemme. E, adunati tutti i sommi sacerdoti e gli scribi del popolo, voleva sapere da loro dove doveva nascere Cristo. E questi gli risposero: A Betlemme di Giuda, perché così è stato scritto dal Profeta: E tu Betlemme, terra di Giuda, non sei la minima tra i principi di Giuda: poiché da te uscirà il duce che reggerà il mio popolo Israele. Allora Erode, chiamati a sé di nascosto i Magi, si informò minutamente circa il tempo dell'apparizione della stella e, mandandoli a Betlemme, disse loro: Andate e cercate diligentemente il bambino, e quando l'avrete trovato fatemelo sapere, affinché io pure venga ad adorarlo. Quelli, udito il re, partirono: ed ecco che la stella che avevano già vista ad Oriente li precedeva, finché, arrivata sopra il luogo dov'era il bambino, si fermò. Veduta la stella, i Magi gioirono di grandissima gioia, ed entrati nella casa trovarono il bambino con Maria sua madre (*qui ci si inginocchia*) e prostratisi, lo adorarono. E aperti i loro tesori, gli offrirono in dono oro, incenso e mirra. Avvertiti poi in sogno di non passare da Erode, tornarono al loro paese per un'altra strada.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 71, 10-11 - Reges Tharsis, et ínsulae múnera ófferent: reges

Sal. 71, 10-11 - I re di Tharsis e le genti offriranno i doni: i re degli